Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 3249
Quelle:
Copyright:

Tomos servire poterant, sed non servivere diu bono Praesuli anno sequente *XII. Cal. Junias* vivis exemto.

II. *fol.* 44. *Loca ex duobus Tomis Conciliorum annotata de Primatu Petri ac Romanę ecclesię, quibus quoque Concilijs presederint Pontifices Romani, aut eorum Legati, Vicegerentes.*

III. *fol.* 52. *Consultatio ac Bona Informatio quibus rationibus S. R. Caes. Maiestas dominus noster Clementissimus* (Carolus V.) *in Rebus Sacrosanctę religionis ac ex altera parte de nouis seditiosis ac pernitiosis pestilentissimisque sectis ad futurum conuentum imperialem ac alias quoque tractare constituere ac ordinare, ut Cæsaris offitium est catholici possit ac debeat.* Grave Scriptum, anno, ut opinor, 1530. confectum; meminit enim *Turcarum Tiranni anno proximo ad obsidendam Viennam accelerantis* Autor, quem *Johannem Fabrum* habeo, cum *Ferdinandum* Regem iterato *Dominum suum clementissimum* adpellet, quod *Fabro* familiare.

IV. *fol.* 68. Responsio *Caroli* V. Protestantibus data 2. *Aug.* 1530. ut *Cod.* CCCCLIV. &c. et *Coelestini Hist. Comitior. Aug.* T. III. p. 1.

V. *fol.* 102. *Retractatio et libera Confessio* (Henrici VIII.) *Regis Angliæ De anno 1539.* Articuli, quos continet, referuntur a *Sleidano Hist. L. XII.*

VI. *fol.* 104. *Ableynung eynes schweren yrtumbs vom Hochwyrdigen Sacrament des Altares* &c. *Durch D. Johann Fabri Bischoff zue Wyen MDXXXVIII.* Versio est Opusculi ad Senatum *Pragensem* titulo: *Confutatio gravissimi erroris asserentis in Sacramento Altaris post consecrationem non esse totum et integrum Christum* &c. 1537. quod extat P. III. *Opp.* Fabri *Colon.* 1537 — 39. f. eique molestias concivit, ut habes *Cod.* CCCCLX. Versio manu illius limata est.

VII. *fol.* 133. Notata quaedam de *Communione* sub utraque Specie. Initium: *Ad complanandum articulum communionis sub utraque consideranda sunt multa.* &c. Refelluntur Utraquistae.

VIII. *fol.* 138. *Super confessione Lutherana iudicium. Auto. Jo. Fa.* (bro) *Epi. Viennen. Haganoę Anno 1540.* Germanice, sed imperfectum, non nisi ad IV. *Articulum* pertingens. Scriptum tempore Conventus, qui ibi 25. vel 28. *Junii* coepit, *Ferdinando* Rege, in cujus comitatu erat *Faber*, jam mensem unum antea eo delato.

IX. *fol.* 146. *Kurtze Ausfuerung, warumb sich die protestierenden Stende auf die Confession zu Augspurg im dreyssigisten Jar der Ro. Kay. M. vbergeben, mit gueten gewissen nit zu ziehen vnd zu vertrosten haben.* Rationes V. a *Fabro* itidem *Haganoae* expositae, cur Confessio *Augustana* respuenda sit.

X. *fol.* 150. *Joannis Fabri Ep. Viennensis in materia fidei, religionisque Collectanea.* Enumerantur *Scripta* XIX. non omnia impressa,